nostræ Angliæ necnon Judicis et Registrarij ejusdem Curiæ
quibus et eorum alteri in aliquo nullatenus derogare per
præsentes et Salvo Jure cujuscunque læsi et gravati per aliquam
Sententiam definitivam sive decretum interlocutorium in
Curiâ Vice Admiralitatis Provinciæ et Territorij nrorum de
Maryland prdict ferend ad Supremam Curiam Admiralitatis
nræ Angliæ prdict appellandi) Te, præfatum Johannem
Hart Armigerum Gubernatorem nrum antedictum
Vice Admirallum Comissarium ac Deputatum nrum
in Officio Vice-Admiralitatis in provincia et Territorio nris
de Maryland prdict ac partibus maritimis eorundem
et eisdem adjacentibus quibuscunque una cum omnibus
et Singulis Feodis proficuis Advantagijs emolumentis
Comoditatibus et pertinentijs quibuscunque eidem Officio
Vice Admiralli Comissarij et Deputati in Dict Provincia et
Territorio nostris de Maryland ac partibus maritimis
eorundem et eisdem adjacentibus quibuscunque juxta
Ordinationes et Statuta Supremæ Curiæ Admiralitatis nræ
Angliæ prdict Debitis et Spectantibus ordinamus
præficimus et Deputamus per præsentes ad beneplacitum
nrum tantummodo duratur Proviso tamen et Semper et
sub hac Lege et Conditione quod si Tu præfatus Johannes
Hart Armiger Gubernator noster Antedict Nos et
Locum tenentem nrum supremæ Curiæ Admiralitatis
nræ Angliæ prdict et in dicta Curia et Officialem
Principalem Comissariumque Generalem et Specialem
ac ejusdem Curiæ Judicem et presidentem de omni eo quod
de Tempore in Tempus Vigore præsentium feceris
executus fueris Collegeris aut Receperis in præmissis seu
præmissorum aliquo Annuatim viz. in fine cujuslibet
Anni inter Festa S.ti Michaelis Archangeli et
omnium Sanctorum cum pleno et fideli Computo
tuo Superinde sub Authentica forma conficiendo ac
Sigillo Officij nri in Custodia tua remanent sigillando
debite non certificaveris et certiorem reddi feceris cum
Effectu si ad id requisitus fueris ex tunc et post Defaltam
in ea parte hujusmodi Literæ patentes de Officio Vice
-Admiralli prdict ut præfertur concessæ Vacuæ et
irritæ erunt nulliusque roboris aut Effectus
Mandantes omnibus et Singulis proceribus Justiciarijs
Majoribus Vice Comitibus Capitaneis Senescallis Ballivis
et Custodibus Gaolarum et Carcerum nostrorum
quorumcunque et Constabularijs cæterisque ministris et fidelibus

(Subditis)